

卸白衣主日

一等 白

聖洗曾使我們成為天主的兒女，我們宛如「新生者」無異。因此，為使領洗時所已獲得萌芽的新生，保存及發展於我們的心中，必須把復活節的奧蹟不斷地重行於彌撒之中。我們該用信德接近聖體，務使我們堅立於戰勝世俗者——基督和平之中，切勿再被那披靡世俗的罪惡所迷惑。這樣，藉着聖體所鞏固了的一般基督徒，能時時獲得勝利而永遠生活於「巴斯卦」的喜樂之中（密禱經）。

伯前 2 : 2 ; 詠 80 : 2

Quasi modo géniti infántes, allelúia: rationábiles, sine dolo lac concupíscite, allelúia, allelúia, allelúia. Exsultáte Deo, adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob. Glória Patri.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui paschália festa perégimus, hæc, te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum nostrum.

若一 5 : 4 - 10

Caríssimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Iesus est Fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam et sánguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et ságuine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in cœlo: Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus: et hi tres

進臺詠

應如初生的嬰兒貪求屬靈性的純奶，亞肋路亞，你們該切望神性與真確的教理。亞肋路亞，亞肋路亞，亞肋路亞。請眾向助佑我們的天主歌舞，向雅各伯的天主歡呼。光榮歸於父……。

集禱經

全能的天主，我們已慶祝了這巴斯卦的佳節，求祢厚賜洪恩，使我們仍能在行為和生活上，保持過節的精神。因我們主……。

書信

摯愛的弟兄們：因為凡是由天主所生的，必得勝世界；得勝世界的勝利武器，就是我們的信德。誰是得勝世界的呢？不是那信耶穌為天主子的人嗎？這位就是經過水及血而來的耶穌基督，他不但以水，而且也是以水及血而來的；並且有聖神作證，因為聖神是真理。原來作證的有三個：就是聖神，水及血，而這三個是一致的。人的證據，我們既然接受，

unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra: Spíritus, et aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei maius est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod maius est: quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

瑪 28 : 7 ; 若 20 : 26

Allelúia, allelúia. In die resurrectionis meæ, dicit Dóminus, præcedam vos in Galilæam. Allelúia.

Post dies octo, iánuis clausis, stetit Iesus in médio discipulórum suórum, et dixit: Pax vobis. Allelúia.

若 20 : 19 – 31

In illo témpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregáti propter metum Iudæórum: venit Iesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discipuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remisérítis peccáta, remittúntur eis; et quorum retinuérítis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui díctur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixérunt ergo ei álíi discipuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus eius fixúram clavórum, et

但天主的證據更大，因為天主的證據就是他為自己的子作證。那信天主子的，在自己內就懷有這證據；那不信天主的，就是以天主為撒謊者，因為他不信天主為自己的子所作的證。

亞肋路亞

亞肋路亞，亞肋路亞。主說：「我已經由死者中復活了。我要在你們之先到加黎利。」

亞肋路亞。八天以後，門戶關著，耶穌來了，站在中間說：「願你們平安！」亞肋路亞。

福音

那時候，正是那一週的第一天晚上，門徒所在的地方，因為怕猶太人，門戶都關著，耶穌來了，站在中間對他們說：「願你們平安！」說了這話，便把手和肋膀指給他們看。門徒見了主，便喜歡起來。耶穌又對他們說：「願你們平安！就如父派遣了我，我也同樣派遣你們。」說了這話，就向他們噓了一口氣，說：「你們領受聖神罷！你們赦免誰的罪，就給誰赦免；你們存留誰的，就給誰存留。」十二人中的一個，號稱狄狄摩的多默，當耶穌來時，卻沒有和他們在一起。別的門徒向他說：「我們看見了主。」但他對他們說：「我除非看見他手上的釘孔，用我的指頭，探入釘

mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus, iánuis clausis, et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deínde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc et vide manus meas, et affer manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas et dixit ei: Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti, qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et ália signa fecit Iesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credátis, quia Iesus est Christus, Fílius Dei: et ut credéntes vitam habeátis in nómine eius.

瑪 28 : 2 , 5 , 6

Angelus Dómini descéndit de cœlo, et dixit muliéribus: Quem quæritis, surréxit, sicut dixit, allelúia.

Súscipe múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ: et, cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre, cum Pascha

孔；用我的手，探入他的肋膀，我決不信」八天以後，耶穌的門徒又在屋裡，多默也和他們在一起。門戶關著，耶穌來了，站在中間說：「願你們平安！」然後對多默說：「把你的指頭伸到這裡來，看看我的手罷！並伸過你的手來，探入我的肋膀，不要作無信的人，但要作個有信德的人。」多默回答說：「我主！我天主！」耶穌對他說：「因為你看見了我，纔相信嗎？那些沒有看見而相信的，纔是有福的！」耶穌在門徒前還行了許多其他的神跡，沒有記在這部書上。這些所記錄的，是為叫你們信耶穌是默西亞，天主子；並使你們信的人，賴他的名獲得生命。

奉獻詠

上主的天使從天降來，天使對婦女說道：「你們尋找被釘死的耶穌，他已經照他所說的復活了。」亞肋路亞。

密禱經

主，請祢收納現今正在歡樂中教會的獻儀；祢既賞了她偌大歡樂的因由，求祢也賜給她永遠歡樂的結果。因我們主……。

復活期頌謝詞

主，時時向祢慶祝，但由於我們的巴斯卦羔羊——基督被祭殺了，尤其在此時更加榮顯地稱揚祢，實是正義而必須的，屬於我們天

nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni milítia cœléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

若 20 : 27

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúia: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia, allelúia.

Quáesumus, Dómine, Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatió nis nostræ munímine contulísti; et præsens nobis remédium esse fácias et futúrum. Per Dóminum nostrum.

職的，也屬我們的得救。祂就是除免世罪的真正羔羊：祂以自己的死亡毀滅了我們的死亡，又以自己的復活恢復了我們的生命。為此，我們隨同諸位天神、總領領天神、上座者和宰制者以及天上萬軍，合唱光榮祢的聖歌，無窮期地說：

領主詠

伸過你的手來，探入我的肋膀。亞肋路亞。不要作無信的人，但要作個有信德的人。亞肋路亞，亞肋路亞。

領後經

主，我們的天主，祢既賜下至聖聖事作我們得救的保障，求祢這使聖事成為我們今生和來世的妙藥。因我們主……。